



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Hercules Prodicus Sev Principis Jventvtis Vita Et Peregrinatio**

**Pighius, Stephanus Vinandus**

**Coloniae, 1609**

Lachrumæ. In. Caruli Optimi. Juliacensium Principis. Funere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13033**


iæ vim, & facultatem huiusmodi: ut & planè perspicias  
 quid ad rem opus sit, & perspectum facillimè exequaris,  
 remque gratissimam facias illi, qui tantum sudoris ac la-  
 boris in tuam causam impendit, tantumque honoris in hac  
 mortali vita tibi contulit: ut & bonorum dierum plenus &  
 meritis affluens contendas ad adeptionem fructus illius,  
 quo solo contentus ac satiatus animus noster esse possit.  
 Quod ut divina Clementia tibi communicet, omni studio,  
 animiq; contentione ab illa efflagitabo. Sed ut conclu-  
 dam, manus Excellentia tuæ qua possum & debeo reve-  
 rentia osculabor. De Groppero integerrimo ac *Rmo.*  
 D. N. Nuncio facillimè, qui sim cognosces, ut compertum  
 habeas me nulla re motum, præterquam honore in Deum,  
 animarumq; salute & Excellentia tuæ, & populorum qui  
 tua ditione, ac nutu gubernantur, hæc scripsisse.  
 Romæ, Cal. Maji, anno, 1575.

Excellentia tuæ.

addictissimus servus

*Franciscus Maria Tarusius, Sacerdos*  
*D. Ioannis Florentinarum.*

LACHRUMÆ. IN. CARULI  
 OPTIMI. JULIACENSIIUM  
 PRINCIPIS. FUNERE.


*N modo qui magna circum stipante caterga  
 Threicio sublimis equo spectabili ostro  
 Heros Rutulos inter gentesq; Latinas  
 Ibat orans reliquos sicut inter lucifer ignas,  
 Aurea cum tacito labantur sidera mundo,  
 Martia quem primis venerata est Roma sub annis,  
 Ceu magnum ex alto delapsum nomen olympi,  
 Quem stupuit Latium, stupuit quem Texona tellus,  
 Ante diem curas solventem mente seniles.  
 Cui Pylios annos Cumeæ, & sacula Gatis  
 Optabant populi plausu, linguaq; secundis.  
 Et nunc (quis faxo? quis duro robore natas*

*Caniti.*

Contineat lachrymas? ) en nunc florente iuventa  
 In medio cursu ceni flos succissus aratro  
 Purpureus, gelidis parvis quem aurora priuinis.  
 Eloquar, an sileam? furis sublatiss iniquis  
 Concidit, athereamq; animam exhalavit in auras.  
 Ah crudele nefas! nec tristia flectere fata  
 Orii honos potuit iuvenis, nec pulchra iuventus,  
 Nec virides anni nec digni ipso Iove mores.  
 Vix sese induerant tenera lanugine mala,  
 Finierant dura vix bis duo lustra sorores.  
 Scilicet egregium morti partitura triumphum  
 Candida cum tristis dirupit stamina Clotho,  
 Stamina & argento, fulvo & contexta metallo  
 Ignea quod fœdi pradixit flamma Cometa.  
 At non hac pietas, non hoc tua sœdida virtus,  
 Magne heros, non hoc tu nos sperare iubebat  
 Inclita religio, nec recti sancta cupido:  
 Sed fore qui ferro victam, longeq; fugatam  
 Threiciam à nostris rapiens depelleret agris:  
 Caucasus qui sterum Mahumetem includeret oris:  
 Qui tua Rhene pater victrici tempora lauro  
 Cingeret, & spoliis, raptisq; ex hoste trophais.  
 Dis aliter visum, quis calum carpere diris  
 Audeat? aut demens Divos culpare nocentes?  
 Non ideo merita tu laudum in parte carebis  
 Magne tamen Princeps, nec quod fortuna senectatem  
 Indidit iuveni, daerunt praconia fama.  
 Optima prima fere rapiunt pia numina terris,  
 Dignaq; siderea merito statione reponunt.  
 Talis erat Thetidis matris cum concidit ictu  
 Phœbe tuo, tale ploravit & Hectora Troia.  
 Nonne novem cernis videndo garrula cornix  
 Sacula sicut anus? unum mortalibus agris  
 Vix adeo magni Rector concessit olympi.  
 Singula quid referam? virtute extendere vitam  
 Extremasq; decet factis superare fastillas.  
 Quamvis nec laudes placeat nunc, maxime Princeps,  
 Enarrare tuas, nec fortia facta parentum,  
 Heroasq; at ados longa deducere Musa:  
 Obstet enim vis serua mali, vis sacra doloris.

Forte aliis maiore tuba, maiore cothurno  
 Ista canam: mæstas nunc fundere pectore ab imo  
 Sufficit lachrymas. & mæstos fundere fletus.  
 Heu mihi, qualis erat, quantum diversus ab illo,  
 Lætitia insignis multa, formaq; decorus,  
 (Purpureo veluti si quis corruerit ostro  
 Indium ebur, aut commixta rosis stant lilia rubris)  
 Tunc cum ingens hominum custos, quem stratus adorat  
 Orbis, quem supplex dominum, patremq; fatetur,  
 Aureo mucronem contextum ex aspide sulca  
 Fulmineum at, arat lateri, propriumq; dicat.  
 Proh quos tunc sensus, proh quos sub pectore motus  
 Sensit secreto tanto dignatus honore!  
 Iam tunc si quam fata viam casusve dedissent,  
 Charam pro sanctis vitam dederat aris:  
 Non tamen hac multum concessum felicitate  
 Possesse uti; medio mors importuna tenebras  
 Lætitia effudit nigra caligine quando.  
 Infelix nimum lathum, quod sedula tellus  
 Omnis deplorat, seu quam cum gurgite tollit  
 Phæbus equos, seu quam cernit rursus aequore condens.  
 Aspice fulgentem terno diademate primum  
 Pastorem, gemitus, lachrymas, fletusq; notabis.  
 Quin etiam hic circum Patres, quos purpura vestit,  
 Aspice, nec siccos poteris deprendere sulcus.  
 At te nunc quanto, ter maxime Maximiliane.  
 Germanum sacris dum frenas legibus orbem,  
 Quanto te credam luctu, quantoq; dolore  
 Tangi? te quanto celebrare hac funera fletu?  
 Vos quoq; Hiberiaca Rector fortissime gentis,  
 Et cui lenis Arar paret, celeriq; Garumna,  
 Nunc consanguineo lachrymarum funditis undas.  
 Quid memorem patrem? quid vos cum fratre sorores  
 Infortunatas? mens victa dolore fatiscit,  
 Tristiaq; ex imo manant suspensa corde.  
 Et tu Casareo prognata ex stemmate mater,  
 Quos gemitus miseranda dabis? quos mæsta ululatus,  
 Aurea proh quanto series laquearia planctu!  
 Sed iam plura loqui prohibent lachrymeq; dolorq;  
 Omnia jam fesse repetant, requiemq; Camæna.